ueri. Mouere aũt ⁊ facere eſt alterius potẽtie ſcꝫ forme.

C Auſe autem ſunt quatuor .ſ. materialis et formalis (de quibus dictum eſt) efficiens ⁊ finalis. Differunt autẽ principium a cauſa. Principiũ eſt cauſa intrinſeca ⁊ eſſentialis rei. Cauſa vero extenditur ad cauſam intrinſecam ⁊ extrinſecã ſimul. Cauſa efficiens dicit͛ vnde eſt principiũ motus et quietis. Et eſt duplex .ſ. intrinſeca et extrinſeca. Intrinſeca eſt virtus actiua ſeminis in materia que a Theologis vocatur ratio ſeminalis. Extrĩſeca eſt virtus celeſtis/ allatio enim ſolis in obliquo circulo facit generationem ⁊ corruptionẽ in iſtis inferioribus. Media vero que ſunt ad finem reducuntur ad cauſam efficientem. Cauſa finalis eſt gratia cuius aliquid fit/ que eſt potiſſima ⁊ finis oĩm aliaꝝ cauſaꝝ. Et finis eſt duplex .ſ. primarius ⁊ ſecũdarius. Primarius eſt gratia cuius aliquid fit vt deus. Sed ſecundarius/ ſiue quo eſt: vt iſte qui ordinatur in finem primariũ. Nota ꝙ quedã ſunt ſubinuicem cauſe/ ſed non eodẽ modo: vt labor eſt cauſa efficiẽs ſanitatis: ſed ſanitas eſt cauſa finalis laboris. Item idẽ põt eſſe cauſa oppoſitoꝝ: vt ſol liquefacit cerã ⁊ indurat lutũ Item aliquid dicitur cauſa alicuius per prius ⁊ aliquid ꝑ poſterius: vt medicus: per prius eſt cauſa ſanitatis: artifex vero per poſterius. Item aliquid eſt cauſa per ſe: vt

Principium

Cauſa.

Efficiens.
2. Phiſi. in tex. com. 29.

Eſſe tm̃ ĩtriſeca

Extrinſeca.

Ex. 2. Phi. tex. Com 29.

Cauſa finalis.

Finis ꝑmarius

Secundarius.

Hic habetur. 2. Phi. in tex. cõ. 30.

Cauſa per ſe.